



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De sententia illorum, qui simul omnia facta esse contendunt. Quomodo  
intelligenda sit requies Dei. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

materialiter tatum. Sed vt dicunt, Moyses loquens rudi & carnali populo, locutionis modum temperavit, de Deo loquens à simili hominis, qui per mo- ras temporum opera sua perficit, cum ipse simul sua opera fecerit. Vnde Augustinus. Ideo, inquit: *Aug.lib.1.* Moyses diuisim refert Deum illa opera fecisse, qd *ca.10.de gen.* nō potuit simul ab homine dici qd à Deo simul po- *ness ad lite.* tuit fieri. Item potuit diuidere scriptura loquendi *ram. Et gl.* temporibus, qd Deus operandi temporibus non di- *ordin ad il-* uisit. Illi qui his auctoritatibus & aliis huiusmodi *lud, & dini-* inharentes, dicunt quatuor elementā atque celi *fit Deus lu-* luminaria ita formatā simul esse, & habuisse illos *cem Gen. I.* sex dies quos scriptura cōmemorat, sex rerum ge- *Aug.lib.1.* de Gen.ad nera, id est distinctiones appellat quē simul fact̄ & literam *ca.15.* sunt partim formaliter, partim causaliter. *ad prin.*

*Quomodo intelligendum sit Deum requieuisse  
ab omni opere suo.*

F

Iam de septimæ diei requie aliquid nos eloqui *Glo.ordin.* oportet. Scriptum est, qd compleuit Deus die sep- *ad prin.c.2.* timo opus suum, & requieuit die septimo ab vni *Gen.2. et* uerso opere quod patrarat Requieuisse ergo Deus *Gen.2. et* die septimo, non quasi operando lassus, sed ab v- niuerso opere requieuit, quia nouā creaturam fa- cere cessauit. Requiescere n. cessare dicitur. Vnde *Apoc.4.c.* in Apo. dicit: Non habebant requiē dicētiā, Sanct⁹ *Aug.lib. de* sanctus, sanctus, id est, d. cere nō cessabant. Reqe- *Gen.inlite-* uisse ergo Deus dicitur, quia cessauit à faciendis *ram 4.c.* generibus creaturæ: qd vlt̄ noua non condidit. *12. ad princ.* Vsq; nunc tamē, vt veritas in Euangelio ait, ope- *Ibid inferius* ratur pater cum filio, scilicet, administrationem *paululum.* eorūdē generum quē tunc instituta sunt. Creato- ris n. virtus causa subsistendi est omni creaturæ. Quod ergo dicitur. Pater meus vsque modo ope- *Ioan.5.c.* ratur, & ego operor, illud vniuersæ creaturæ con- *Libr. Et ea.* tinuā administrationē ostendit. Diē ergo septimo *eisd.in fin.* requieuit, vt nouam creaturā vlt̄ius nō faceret, cuius materia vel similitudo nō p̄cesserit: sed vs-

Z 3 que

que nunc operatur, ut quod cōdidi, continere & gubernare non cesseret.

*Qualiter accipiendum sit quod dicitur Deus complesse opus septimo die cum tunc requieuit ab omni opere suo.*

Sed quæritur, quomodo septimo die dicatur Deus complesse opus suū, cum ab omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genu s nouū rerum fecerit? Alia translatio habet: Consummauit Deus die sexto opera sua: que nihil quæstionis affert, qā manifesta sunt, qā in eo facta sunt, & omnium consummatio eo die perfecta est: sicut scripture ostē-

*Genes. i. c.*

*Aug. in En- chyr. ca. 10.*

*Tom. 3.*

*Ibid. c. p. ii.*

*Hieron. lib.*

*quest. in ge- nes. ad illud*

*Gen. i. & cō-*

*summauit*

*Deus. com. 3.*

*Genes. 2. a*

*2. Reg. 8. c*

*Exod. 20. b.*

dit cum ait: Vedit Deus cuncta qā fecerat, & erant valde bona. Omnia quidē naturaliter bona erāt, nihilqā in sui natura vitii habentia: & sunt bona qā condidit Deus etiā singula. Similiter vero vniuersitas valde bona, quia ex omnibus consistit vniuersitas admirabili pulchritudo in qua etiam illud qā malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo possum, eminentius cōmendat bona: ut magis placeat, & laudabiliora sint, dum cōparantur mali. Sexto ergo die facta est operum consummatio. Ideo premissa oritur questio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum cōplesse, quod Hebraica veritas habet: in quo tamen nihil nouum creasse dicitur, nisi forte dicatur dē septimo compleuisse opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit: sicut subiicit scripture. Benedixit dē septimo, & sanctificauit illum. Opus n. est benedictio & san. & sacrificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit, cum templum de licauit.

*Quæsit benedictio & sanctificatio se- ptima diei.*

Illum autem diē sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ ceteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur: Memento sanctificare diem sabbathi. Et inde est, quod